



EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

149.

167

In Nuptias

Reverendi & Doctissimi Viri

DN. NICOLAI
LUDOVICI, DIACO-
NI ECCLESIAE ENSDOR-

FIANÆ;

S P O N S I:

E T

Pudicissimæ Virginis

ANNÆ CATHARINÆ,

Reverendi & Doctissimi Viri,

DN. JACOBI PAGANI,

Ecclesiae Vtzenhovianæ Ministri fi-

dissimi, Filia

S P O N S Æ,

Celebrandas Ambergæ 9. Junii,

Anno 1618.

— 50 —

— 50 —

A M B E R G Æ,

Typis Michæelis Forsteri, Anno MDCXVIII.



10

BN. M. G. O. T. A. I.
LUDOVICI, DIACO
NY. BOGUSL. IMPER.
FRANK.
STON. 17.

ANNE CATARINE
D. N. J. A. T. T. P. A. G. E. T. I.
Edelle. V. A. N. N. O. V. I. C. A. M. I. N. I. S.
L. A. T. I. N. A. M. I. N. I. S.
L. A. T. I. N. A. M. I. N. I. S.
L. A. T. I. N. A. M. I. N. I. S.
L. A. T. I. N. A. M. I. N. I. S.
L. A. T. I. N. A. M. I. N. I. S.
L. A. T. I. N. A. M. I. N. I. S.



H
N
A
I
T
O
T
H
V
H
III





I.

*Precatio ad DEUM pro felicitate novorum
Conjugum.*

NON mihi vena fluit, doctissime Sponse, remoto
A Musis longè, conjugè, prole meâ.
Nec tamen abstineo, crassâ pinguiq; Minervâ
Quin tibi, quin Sponsæ prospera fata precer,
Huc me cogit amor, placeat tibi carmen amore,
Doctrinâ (fateor) quod placuisse nequit.
Non opus his dices, Neonymphis vota probantur.
Nunc igitur toto pectore fundo preces.
Autor conjugij DEVS optime, conditor orbis,
Est à te primo fœmina juncta viro,
Izaco thalami sociasti jure Rebeccam,
Quisq; pius lecti te duce fœdus init.
Tu præstante mero lympharum munera mutans,
Et dans conjugibus splendida dona novis,
Ornas conjugium. Nunc Rasa faceisse Caterva,
Scortum quàm conjunx quis potiore loco.
Tu DEVS ignito Sponsos accendis amore,
Conjugium Mystæ legitimúmq; placet,
Fac augetur amor, fugiat procul omnis Erinnyis,
Sint in tranquillo jurgia nulla toro.
Vnda viatori, fesso sopor, inq; tenebris
Lux grata est, ægro pharmaca, vina siti,
Fac Sponsus Sponsæ, fac Sponso Sponsa vicissim
Lux, medicina, merum.

Lætantes ut avi clueant proaviq; parentes
Conjugium soboles fac numerosa beet .
Triste (quis ignorat?) phœbi sine lumine mundus,
Triste minùs non est quæ sine prole domus,
Fac seros videat cum Sponso Sponfa nepotes,
Omnigenis cumula semper utrunq; bonis .

Amoris & boni ominis ergò
Cyrjacus Lupichius verbi divini
minister in Schillingstat, F .



I I.

Dicamus bona verba, mele meditemur, Amici,
Nicolco thalamos Anna petita petit.
Eximiae quorum stirpis præclarus uterq;
Surculus insigni frondis honore viret.
Nam cui Pagani, cui non est nota Sebaldi
Virtus, illum alio vivere in orbe putes.
Ambo viri quoniam integra pietate potentes:
Ambo DEO & cunctis pectora amata piis.
Hoc satis est laudis, vulgum contemnere: quando
Displicuisse malis est placuisse bonis.
Ambo præterea (decus haud exile relatu)
Imis accepti, principibusq; viris.
Namq; Palatinum voluisti mittere in orbem
Spem generis magnam, tu, venerate senex:
Huc ubi relligio mentes sincerior adflat,
Omnia & Ausonii nubila pulsa tatae.
At genus in vestrum, cuncti ut, Pagane, fatentur
Hessiaci magnus Principis extat amor,

Qui

Qui pietate David, Mithridates munere linguae
Obscurat veterum facta decora Ducum,
Paganæ quoniam gentis virtutibus ille
Wanfredæ inprimis civica jura dedit,
Quæ memori fors tempus erit comprehendere versu,
Ut tacito mancant intemerata situ.
Nunc, ut felici nascuntur in arbore poma,
Purpureasq; negat populus alba rosas:
Utq; aquilas aquilæ generant, & tigrida tigris:
Nec parit invisos agnatenella lupos:
Sic similis simili plærumq; parente creatur,
Atq; refert ortus nomina quisq; sui.
Vis quoniam longè protenditur ossibus hærens,
Dædalea partus evoluente physi.
Spes igitur permagna, beatum ex omine tanto
Conjugium Sponsis confore nempè novis
Spes etiam inde patrum revirescere posse senectam,
Atq; novum tonso surgere gramen agro,
Si modo siderea Christus de sede gregatis
Multorum precibus dexter adesse velit,

Jeremias Hoelzlin faciebat,

III.

Parodia Catulliana.

Maritus ille, cui Marita jungitur,
Ait fuisse Musicus catissimus,
Neq; ullius tagacis illicem modi
Nequisse concitare, sive faucibus


Opus

Opus foret valere, sive pectine,
Et hoc negat paterna conscij Laris
Negare tecta, nec Lycéa Norica,
Nicumvé viteum, æreumvé Vesulam,
Metallicævé cura Canthiæbidos.
Vbi ille, pòst Maritus, antea fuit
Scholaris Assa. Nam Studentium in choro
Sonace sæpè ludicrum dedit fide,
Socer Pagane, Tuq; Gnata propria,
Tibi hæc fuisse, & esse cognitissima
Ait Maritus; hac & ex origine
Tuo fatetur incidisse pectori,
Tu intima se corculi se in abditum;
Et inde tot per auspicata cantica
Amasium cluisse; bile seu Invidus
Tumeret atrâ, utrumq; sive livido
Codrus furore conctum ille rumpere.
Neculla vota Musicalibus Deis
Sibi esse facta, cùm veniret à statu
Ephebo ad usq; Conjugale vinculum,
Sed hæc priùs fuère; nunc ad altera
Venitq; sacra, seq; mancipat tibi,
Diona Cypris, & Diona Cypridis.

Elias Limmer F.

F I N I S.







№ 1996.

8

U

ULB Halle 3
 002 063 808



Sh

nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!


28 a / 50 / 1996 /

U 8 17

M

DX





149.

167



uptias

Doctissimi Viri

COLAI

I, DIACO-

Æ ENSDOR-

NÆ;

NSI:

T

na Virginis

THARINÆ,

Doctissimi Viri,

IPAGANI,

ovianæ Ministri fi-

ni, Filia

NSÆ,

berga 9. Junii,

1618.

ERGÆ,

, Anno MDCXVIII.

